

Universitätsbibliothek Wuppertal

**L. FENE||STELLAE DE MAGI||stratibus, sacerdotijsq[ue]
Roma=||norum libellus**

L. <Fenestrella>

Basileae, 1523

De sacerdotiis Romanorum

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-810](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-810)

L FENE

STELLAE DE SACERDO-

TIIS ROMANORVM

LIBELL. PRIOR.

DE PANOS SACRIS AT-

que sacerdotibus. CAP. I.



MNIVM DEO-

rum, quos uetus Roma-
 norum religio excoluit,
 prima Pani Lycaeō, seu *Lycaeus*.
 Faunū illum, seu potius *Faunus*.
 Sylvanū uocari placet, *Luperci*.
 per *Lupercos* rem diui-
 nā, *lupercalesq;* ludos fe-
 cisse, apud uetustatis as-

sertores constat. Ea quidem sacrorū genera ab *Euandro*
 rege, qui ex *Arcadia* profugus, in eum locū uenerat, qui
 tandem *Romanæ* præsuit arci, ad nostros primum dela-
 ta, ac celebrata fuisse feruntur. Hunc *Pana* nudos pasto-
 res, quorum tunc præcipuū numen fuit, ac deinde quos
 summos etiam uiros uenerari mos fuit, lorāq; pro mani *Pana* qua-
 bus ferre, quibus quosq; cederent, laruisq; tectas facies re nudi co-
 portare. Cur autem nudi hunc deum colerent, *pleraq;* ē *luerint*.
curriculo uetustatis ad nos usq; delapsa referuntur. Sine

A ij

F E N E S T E L L A

Arca-
des

fenestra

enim quod ipsi deo, q nudus fingitur, suæ celeritati eo pa-
cto longè aptior, nudos etiam habere ministros placeat,
sive quod Arcades omnium populorum, qui Græciam co-
luerunt, longe uetustissimi, feris adhuc similem uitam syl-
uis ac moribus agētes, legis expertes, artisq; primo hūc
deum uenerati patrum cultū, auitosq; nudos habitus si-
gnantes referre uoluerunt, haud satis constat. Nonnulli
uero Iolen uxore Herculis ab hoc Fauno uisam, ac per
ardorem libidinis concupitam asserunt. Forte enim per
syluas & amœna nemorū, æstus leuandi causa unā cum
dilectissima coniuge Hercules uacabat. Videt ergo ele-
gantissima forma mulierem ab altæ rupis specula senex
al. ilicet. deus, ergo illorū uestigia eminus, licet obseruare instituit.
Illi autem per syluas ducendæ nocti aptissimū locum pe-
tunt. Interea mulier dum quiescendi tempus aduenit, pel-
lem leonis Herculis ritu de more aptat humeris, claua
etiam in illius manu assumpta. Tali habitu præditā som-
nus aggreditur, erant autem duo parati cōiugibus lecti,
eo quod postridie libero patri rem diuinam facturi erāt,
seorsum cubituris. Noctu ergo Sylvanus fallēdi custodis
occasionem nactus clam thalamū ingreditur, primoq; cō-
gressu fortunatus futurus puellæ torū tenet, manuq; ten-
tans, ut noctu sit, horridū leonis tegmen inuenit. Ratus
ergo cubare ibi Hercule, ad aliud cubile ire pergit, quod
cum sensisset mollibus stratū, puerilibusq; delitijs aptius
stragula ueste sensit amorem. Dū libidine ardens manu

palpat Herculem, ac uix dum hirti corporis horrorem
 hauserat, experrectus Hercules manu reiectū toto antro
 fusum iaculat, quo pro strepitu somno puella discussa lu-
 mina accedit. Lumine ergo Syluano prodito, lusus ac se-
 miruptus uix attollens humo humeros, in syluas detru-
 sus, ea ergo ratione perpetuo execratis uestibus, quibus
 tam turpiter lusus esset, easdem suis à sacris procul abfo-
 re constituit. Pleriq; tamen huiusce rei causam assignant
 Romulo, quod eadem sacra celebrante, medioq; solis ar-
 dore corpus exercente, cum nunciatum fuisset latrones
 prædas agere, ita ut erat nudus accurrerit, cōprehēsisq;
 prædatoribus pecora abacta redemerit. Eius facinoris,
 quod nudus gesserat perpetuum argumentum, corporū
 sacra celebrantiū nuditatem esse placuit. Vtq; sese res
 habuerit, † in ipsa tantū usq; C. Iulij huiusmodi obser † in tempo-
 rationē peruenisse constat. Ea enim sacra cū sedens Cæ-
 sar dictator spectaret, atque inter eos qui solennia cele-
 brarent, curreret, M. Antonium, is qui postea triumphum
 fuit, adiunt lauream coronam, cui diadema annexū esset,
 capiti Caesaris imponere conatū fuisse, quod cum Cæsar
 † amoto capite reiecisset, statua ipsius cūctis fremētibus † moto.
 imposuisse. De nomine uero Lupercaliū, non etiam satis Luperca-
 conuenit. Plerisq; enim inditum hoc nomen, quod huius les unde.
 inuocatione lupi à stabulis arceretur, uisum est. Alij tem-
 plum ipsum in quo hic deus colitur, Lupercal uocat, quo Lupercal.
 circa Virg. Et gelida, inquit, monstrat sub rupe Luper-

F E N E S T E L L A.

cal, eiꝑ; loco à lupa Romuli nutrice, quod eo in loco Ro-
mulum & Remum paruulos educare reperta sit, facti
nomen Lupercalis putant. Nec defunt, qui à Lyceo Ar-
cadie monte, ubi præcipue ea religio peruiguit, eum quẽ
nos lupum illi λυκορ uocant, ipsum cognominatum esse
arbitrentur. Præcipuam uero huic deo, dicatisq; sacerdo-
tibus uenerationem ea ex parte tributam serunt, quod
quæ mulieres ex suis uiris uel concipere, uel conceptos
foetus edere nequirent, ad Lupercos confugiebāt. Quæ
ubi loris ex tergore hirci sectis cæsa fuissent, è uestigio
grauida aut effocte efficiebantur. Hec solennia quinto
Fast. 2. decimo Cal. Februarias celebrari, ut Ouidius in Fasto-
rum libris refert, moris fuit.

DE POTITIIS ET PINA-
rijs Herculis sacerdotibus.

CAPVT II.

E Adem tempestate, Euandro scilicet palatiũ tenen-
te, Herculem, Geryone interempto, per eadẽ loca
mira specie boum armenta abegisse cõmemorāt.
Ac cum propè Tyberim fluuiũ, quia præ sese armentũ
ferens transiecisset, ubi loco herbido reficeret boues,
ipseq; in itinere defessus procubuisset, & eundem uino ci-
boq; grauatum sopor oppressisset, Cacus pastor loci ac
cola uiribus ferox, captus pulchritudine boum, prædã

auertere instituit, ac ne si prædam agendo in speluncam
 compulisset, uestigia ipsa eò quærētē dominū ducerēt,
 aduersos eximiū quemq; pulchritudine in speluncā tra-
 xit. Hercules uero ad primam auroram somno excitus,
 cum gregem perlustrasset oculis, partemq; numero ab-
 esse sentiret, perrexit ad proximam speluncā, si forte eò
 uestigia ferrent, quæ ubi omnia foras uersa uidet, nec in
 partem aliam ferre, confusus, atq; incertus animi ex in-
 fenso loco agere porro armentū cœpit. Inde cū actæ bo-
 ues forte, ut fit, ad desiderii relictarū mugissent, reddita
 inclusarū ex spelunca boum uox Herculem conuertit.
 Quem cum uadentē ad speluncam Cacus ui prohibere Caci cædes.
 conatus esset, ictus claua, fidem pastōrū nequicquā inuo-
 cans morte occubuit. Euander qui tunc temporis ex ea Euander.
 Peloponneso profugus, autoritate magis quā imperio
 regebat loca, uenerabilis uir miraculo literarū rei nouæ
 inter rudes artium homines, uenerabilior diuinitate ma-
 tris Carmentæ, quam fatiloquam ante Sibyllæ in Italiā Carmentæ.
 aduentum miratæ gentes fuerant, concursu pastorum
 trepidantium circa aduenam manifestæ cædis reum ex-
 citus, postquā facinus, facinorisq; causam audiuit, ha-
 bitū, formāq; uiri aliquāto ampliōre augustioremq; q̄ hu-
 manā intueēs, rogitat qui uir esset. Vbi nomen patremq;
 ac patriā audiuit. Ioue nate Hercules, salue, inq; te mihi
 mater ueridica interpres deūm aucturum caleste numerū
 cecinit, tibiq; aram hic dicatā iri, q̄ opulentissimam olim

Euander ad Gr
 culum

F E N E S T E L L A

in terris gens maxima uocet, tuoq; ritu colat. Dextra
Hercules data, accipere se omen, impleturū se fata, ara
cōdita accidat ait. Ibi tamen primū boue eximia capta
de grege sacrū Potitijs ac Pinarijs, quæ tum familiæ ma-
xime inclytæ ea tenebant loca, dedit. Factū forte ita eue-
nit ut Potitij, ut ait Liuius, ad tempus præsto eſſet, hisq;
exta apponerentur, Pinarij extis adefis ad ceteram ue-
nirent dapem. Inde institutum mansit, donec Pinariū ge-
nus fuit, ne extis eo solenniū die uescerentur. Potitiū ab
Euandro edocti antistites permultas ætates huius sacris
præfuerunt, donec tradito seruis publicis solenni familiæ
ministerio, Potitorū ac Pinariorū omne genus perit. Id
enim Appius Claudius, cum eſſet cēſor, effecit hiſce fami-
liis infensus, ob idq; ira deorum (ut creditur) luminibus
orbatus eſt.

Liuius lib.
pri. ab urb.
ad uerbū.

App. Clau-
dius.

DE SACERDOTIO

fratrum Arualium.

CAPVT III.

FRatres aruales, ut fruges ferrent arua, ueteres cō-
ſuluisse Romanos memoriæ traditū eſt. Huius ue-
ro religionis Romulum ipsum patrem urbis, auto-
rem extitisse reperiō. Nam cum Acca Laurētia nutrix
Romuli corpore suo quæſtum in uulgus faceret, eoq; pa-
cto grandem pecuniam conſtipaſſet, ex duobusq; liberis

DE SACERDOTIIS RO.

quos susceperat, unum morte amisisset, Romulum in de
mortui locum adoptionis iure substituisset, decedens ta-
men populū Romanum instituit heredem. Cuius tādē
liberalitatis regias affinitates memor populus Ro. mulie-
ris nomen in Fastis retulit, liberos fratres aruales à se-
rendo, & ab aruis appellauit. Ex quo tempore sacerdo-
tium mansit fratrum arualium, hiq; duodecim numero
dicuntur, eiq; sacerdotio in insigne tribuit albas insulas,
& spiceam coronam.

Annal. 6 v

Numer 9

Fasti 9

DE AVGVRIIS.

CAPVT IIII.

Eodem ferè tempore, & disciplina, & religio au-
guradi ex Ethruscis, penes quos ea disciplina præ-
cipua, ac longè peculiaris fuit, ad Romanos con-
migravit. Virum enim quempiam, cuius nomen uetusta-
te obsoleuisse Naso poëta ait, asyli (ut reor) alliciente
inductione, exulem Ethruria Romam uenisse perhibet. *Fast. 2.*
Cuius opera Romulum Remumq; usos, cū de imponen-
do urbi nomine unà contenderent opinione deducor, q̃q̃
M. Cicero in his libris, quos inscripsit de diuinatione, eti-
am ipsum Romulū istam ipsam auguralem disciplinam
præcoluisse asserit. A Numa uero qui Romulo successit,
perpetuū sacerdotiū insigne constitutū est. De ritu uero Inaugurandi
si unum in casum pleraq; dixero, eadem ad di ritus.

Lib. primo

F E N E S T E L L A

Aug

Lituum.

omnes ceteros facile fieri poterunt. Ea quidem quantum ex ueterum monnmentis collegi, huiusmodi fuit obseruatio. Augur in arce siue in editum quendam locum ad inaugurandum debebat sedere super lapidem meridiem uersus, atq; ad laeuam sedens baculum in manu recuruum, quod lituum uocant, tenet. Inde ubi prospectu in urbem agrumq; capto, deos precatus, regiones ab oriente ad occasum determinat, dexteris ad meridiem, laeuis ad septentrionem partes esse dicit. Signum quod contra oculi conspectum longissime ferunt, animo definit, tum lituo in laeuam translato dextra in caput eius, qui inauguratur posita, ita precatur. Iupiter pater si fas hunc Numam Pompilium, cuius ego caput teneo, regem Romae esse, uti nobis signa certa ac clara sint inter eos fines quos feci. tum

Ex Liuiio perexit uerbis auspicia quae mitti uellet, quibus missis Numam de templo (ita enim designatas lituo aethereas regiones uocant) declaratus rex descendit. Quam quidem declarandi seu inaugurandi regis formulam, ad cetera quaeque, ut dixi, trahi facile licet. Huic disciplinae, peritia

Actius Nauius.

augur
ignominia

Actij Nauij auguris permultum fidei, autoritatisq; accessit. Nam cum Priscus Tarquinius aliqua praeter maiorum instituta inaugurato mutare, pleraque etiam de nouo condere pergeret, negare Actius Nauius inclutus ea tempestate augur, inauspicato ea fieri oportere. Quare ira regi mota, ludens artem, ut ferunt, agendum, inquit diuine in augurio, fieri ne possit, quod ego nunc mente

concipio. Cum ille in augurio rem expertus fieri posse dixisset, atqui hoc animo agitavi, inquit, te nouacula cotem discissurum. Cape ergo hoc, & perage, quod aues tuæ fieri posse portendūt. Tum illum incunctanter discississe conscripserunt, statuatq; Actij Nauij capite uelato, quo in loco res acta est in comitio, in ipsis gradibus ad leuam positam fuisse, coteq; eadem cum illa ipsa nouacula in manibus posita, ut eius rei etiam apud ueteres monumentum existeret. Augurijs ergo, sacerdotioq; augurum, ut ait Liuius, etiamq; in libris de diuinatione Cicero, tantum autoritatis & uenerationis accessit, ut nihil domi forisq; postea, nisi auspicato gereretur. Et ad sapientie nobilitatisq; primarios quosq; id sacerdotium defecerunt. Et cum Tiberius Gracchus pater Tiberij, & C. Gracchorum comitia consularia habuisset, dicerentq; Ethrusci augures rem in augurio experti, uitio consules creatos fuisse, Gracchusq; ut ineptos, insanosq; Ethruscos incesse, abiens in prouinciā senatui rescripsit, ueridicos, non autem insanos Ethruscos esse, qui consules presentes uitio à se creatos dicerent. Nam cum se collegisset, meminisse se locum tabernaculo extra pomerium præter maiorum consuetudinem delegisse. Quamobrem abdicare se consulatu compulsi sunt. Vt aut uenerandini autoritasq; ita & numerus ipse adeo cre collegium augurum coleretur. Nam cum ab initio tres tantum creari cœpissent, ex tribus scilicet tribu

Augurum
collegium

F E N E S T E L L A

Augustus m. d.
226

bus Ramnensium, Tatiensium, & Lucerū, & obtinuisse cum mutaretur numerus, impari tātū numero creari, utcumq; tamē id fieret, quatuor numero præter maiorum consuetudinem creari coepti sunt. Tandem cū plebs quorumlibet honorū partem suam in senatu & in foro nacta esset, per tribunos egit, ut ad sacerdotia quoq; uelut ad cætera, cursus aperirentur. Idq; post multa certamina, uariasq; seditiones obtinuit, ut ad quatuor scilicet patritios, quinque ex plebe adicerentur. Factumq; hoc fuit M. Valerio, & Q. Apuleio consulibus.

DE FLAMINE DIALI.

CAP V T V.

Flaminem Dialem primus Numa Pompilius Roma rex creauit, cū antea reges, pontificumq; regumq; promiscue munera obirent, ut de Priamo Virg. locus & Aenea apud Virgilium cernimus. Rex etiam Anus, Aeneid. 3. ut idem poëta ait, Rex idem hominū Phœbiq; sacerdos fuit. Idq; etiam à minoribus deinceps, ut à C. Cesare, diuo Augusto, multisq; deinceps principibus, quos pontificatus maximi titulus insignitos uidemus, obseruatum est. Ceterum Numa plures in urbe Romulo, quàm sibi similes reges fore ratus, qui relictæ religionis cura bellorum potius negotiis detinerentur, sacerdotes quatuor quos appellauit Flamines, q rei diuinæ iugiter adiecti essent,

Quatuor fla
mines

multis deorum alligauit. Flaminem unū Ioui, quem Dia-
 lem uocant, Marti duos, Quirino unum. Dictus autem Flamen uo-
 flamen Dialis est, ut Varro ait, quod in Latio capite ue-
 lato erat, & caput filo lanæ præcinctum habebat, à quo
 Flamen appellabatur. Dialis autē à Dione, quod est iu-
 uas deus. Cæteri Flamines eius, cui præsidet numini, de-
 corantur titulis. Hunc Dialem, præsertim insigni ueste,
 curuliq; sella adornauit. Hic solus, ut Varro ait, album
 habet galerum, uel ex eo quod maximus est, uel Ioui im-
 molationem alba ueste fieri oporteat, pleraq; etiam huic
 pontificio iure tributa sunt, ut A. Gellius in cōmentarijs
 nocturnum atticarū scriptum reliquit. Equo enim uehi fla-
 minem est religio. Item iurare Dialem fas nunq̃ est. Ignē
 ē flamma, nisi ubi sacrum est, efferrī ius nō est. Vincitum
 si ædes eius introierit, solui necessariū est, & uincula per
 impluuium in tegulas subduci, atq; inde foras mitti de-
 bent. Nodum in apice atq; in cinctu, neq; in alia parte ul-
 lum habet. Si quis ad uerberandum ducatur, si ad pedes
 eius supplex decubuerit, eo die uerberari piaculum est.
 Capillum Dialis nisi qui liber est, non detonsit. Capram
 & carnem incoctā, & hederā, & fabam, neq; tangere
 Diali mos est, neq; nominare. Propagines ē uitibus alti-
 us prætensis non succidet. Pedes lecti, in quo cubat, luto
 tenui circumlitos esse oportet, & in eo lecto cubare ali-
 quem fas non est. Ungues Dialis & capillorum præse-
 gmina subter arborem ilicem terra operiuntur, neq; ad

F E N E S T E L L A

eius lecti fulcrum, capsam esse cū strue atq; ferro fas est. Dialis quotidie festalis sine apice, sub Dio aut esse licitū non est, sub tecto utiliter etiam & à pontificibus constitutum. Farinā sermēto imbutā attingere fas non est. Neq; tunicā intīmā nisi in locis exuisse sub cælo, tanq̃ sub oculis Iouis nudus ne sit. In cōuiuio eius haud quisq̃ nisi rex sacrificulus accubabit. Matrimoniu Flaminis nisi morte dirimi nō est fas. Locū ubi bustū sit, nunq̃ ingreditur. Hos Flamines cum ab initio consecrantur, captos duci à patribus, uelut ab hostibus mos fuit. Totidem uero Flaminibus, quot deos colerent usos ueteres, M. Varro in his libris quos inscripsit de origine linguæ Latinæ, testis est. Vt Dialem, Martialem, Quirinalem, Vulcanalem, Furuailem, & Falacrum. Et præterea complures, qui, ut nostrum inter sacerdotium gradus nonnihil interest, ut episcopum, archiepiscopū, cardinalem, patriarchā, & metropolitanum, ita apud illos Flaminium, protho=
flaminium, & archiflaminium differentiam fuisse idonei testes sunt.

DE VESTALIBVS VIRGINIBVS.

C A P V T V I.

Vestalis originem cultus, quēadmodum pleraq; omnia, Numa Pompilius intulit, & si eius initia usq; adeo uetera sunt, ut ex Troianis ad Alba

nos Aenea duce longè cōmigrauerint, cuius rei meminit
Virgilius his uersibus.

Virg. locus
Aeneid. li. 2

- " Sic ait, & manibus uittas, Vestamq; potentem,
" Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem.

Deæ huic Vestæ, quam terram esse, eandemq; deorum
matrem uolebant, perpetuo uigil ignis consecrari sole-
bat. Eius obseruationi ac cultui plerq; uirgines è primo
ribus patrum electæ præfici, quarū negligentia, si forte
sanctus ignis restinctus esset, flagris à Pont. maxio cædi
iubebatur, ut à P. Licinio Crasso Pont. maximo in eam
quæ negligentius ignē custodierat, Valerius scriptū reli-
quit. Incesti uero crimine damnatā, uiuā suffodi institutū
est. Virginē Vestalē, ut Labeo Antistius scripsit, mino-
rem q̄ sex annis, maiore q̄ annis decem natā negauerūt,
capisas esse. Itēq; nō patrima sit & matrima. Itemq; &
quæ lingua debili, sensuq; aurium diminuta esset, alia nec
corporis labe insignita sit. Item cuius parentes alter am-
bōue seruitute seruauerint, aut in negotijs sordidis uer-
santur, eāmue cuius soror ad id sacerdotiū lecta sit, excu-
sationem mereri aiunt. Item cuius pater Flamen uel au-
gur, aut qui decemuir sacris faciūdis, aut qui septemuir
epulonū, aut alius est. Sponsæ quoq; pontificis, & regis
sacrorū filix, uacatio à sacerdotio isto tribui solet. Neg-
eius legendā filiam, qui domicilium in Italia nō haberet,
constitutū est, ut Capito Atticius scriptum reliquit, & ex-
cusandā eius qui liberos tres haberet. Item edicto præto-

Val. Max.
lib. 1. t. p.

† Salius.

F E N E S T E L L A

Electio

ris Virginem Vestalem, Dialémue nō cogi, sepe inscri-
ptum est. Verba pratoris hæc sunt uirginem Vestalem,
& Flaminem Dialem, ait præco, in omni mea iurisdic-
tione iurare non cogam. De eligenda autem uirgine
Vestali hæc obseruata sunt. Lege Papia cautum est, ut
arbitratu pōtificis maximi uiginti ē populo uirgines le-
gerentur, sortitioq; ex hoc numero fieret in concione.
Cæterum, inquit, ea lex uetustate, ut pleræq; aliæ, exole-
uit, satisq; ei lectioni fieri cœptum est, si quis honesto lo-
co natus pontificem maximū adeat, offeratq; ei ad sacer-
dotium filiam, cuius duntaxat saluis obseruationibus re-
ligionis ratio haberi possit, gratiā enim Papie legis per
sanctum fieri aiunt. Hæc uirginem à pontifice maximo,
uelut ab hostibus capi moris fuit. Verba autē quibus tūc
pontifex utitur, hæc sunt. Sacerdotem Vestalem sacra fa-
cere quæ iussi, pro populo Ro. Quiritibusq; uti optima
lege fuit, ita te Amata capio. Amata enim nomine appel-
lari omnes consueuerūt, quod ea quæ prima capta est à
Numa rege, fuisse hoc nomine perhibeatur. Simul atque
igitur capta, atq; in ea arce Vestæ deducta est, illico sine
emancipatione, ac capitis diminutione, exit patriam po-
testatem, & ius testamenti faciundi adipiscitur. In com-
mentarijs autem Labeonis quos super duodecim tabu-
las composuit, ita scriptū repertū. Virgo Vestalis, neq;
heres est cuiq; intestato, neq; intestatæ quisquam, sed bo-
na eius tum redigi in publicum aiunt.

Verba p
scripta

Amata no
men.

DE SA

DE SACERDOTIIS RO. 9

DE SALIIS MAR-

ti dicatis.

CAPVT VII.

INter cætera sacrorū genera instituta à Numa re-
ge, à posteris etiam in honore habita, id quidem in
minoribus fuit, quod Marti scilicet Gradiuo uouit.
Duodecim enim ad hæc uiros legit, quos à solenni saltu,
quo in sacris utebatur, Salios appellauit. His alios duo *Salij. Moni.*
decim Tullus Hostilius mox adiecit, cū Romanis in aci- *quatuor.*
em cōtra Fidenates eductis, Albani à Romanis per spe-
ciem proditiōis duce Metio defecere. Datum autē his
supratunicam insigne, aneum pectori tegmē, cælestiaq;
arma, quæ uocantur ancylia portare, ac per urbem ca- *Ancylia.*
nentes carmina cum tripudijs, solenniꝫ saltu incedere,
institutumq;, ut in finem omnium carminum suorum, Ma *Mamu-*
murium appellarent. Hunc Mamurium inelytū ea tem- *rius.*
pestate fabrū fuisse, et cum ancyle cælo lapsum esset, Nu-
ma Pompilio, Quiritibusq; rem diuinam agentibus, hu-
ic Mamurio negotiū datum esse, complura huius similia
ancylia effingēdi tradunt. Quod qdē opus, cū ille exqui-
sitissima absoluisset arte, optionē utrum à se uellet postu-
lari artifice Numam obtulisse, quod ex eo peteret. Nam
exhibiturū, artificem uero non pecuniam, sed gloriā
pro mercede petisse, quod eius nomē à Salijs in finē quo-

F E N E S T E L L A

rumlibet carminū recitaretur, idq; per multa tempora in sacris & comitijs (ut ait Linius) obseruatū est. Eò autem huius ordinis sacerdotiū numero creuisse, ut ad collegiū, & collegij sacerdotiū magistratū redactū fuerit.

DE COLLEGIO PONTIFICVM

& Pontifice maximo.

CAPVT VIII.

*Vid. Lanius Gualterius
lib. 8 de re militari
c. 2.*

*Pontifices
quatuor
postea orto*

Pontifices, ut pleraq; alia sacerdotia, ab ipso Numa ortos, apud Liniū satis constat, eosdē diu prae-terq; à patribus creari non licuit. Fuerunt autē ab initio hi numero quatuor, postq; uero maximorum quorumq; hominum partem plebs tribunitijs rogationibus obtinuit, ad sacerdotia quoq; sacrosanctasq; potestates patere sibi aditum uoluit. Quatuor ergo alios creare ex plebe pōtīfices placuit, M. Valerio & Q. Apuleio cōsulibus. Oībus unus praefectus fuerat à Numa Pompilio, isq; Pōtīfex maximus appellabatur. Hic habet ex se sacra omnia exscripta exignataq; quibus hostijs, quibus diebus, ad quae templa sacra fieri deberent, eiusmodiq; diuinis in rebus, unde erogāda pecuniae sumptus fieri debeat, curae Pontifici est, ceteraq; omnia sacra publica, priuataq; sacris Pontificis subiecta sunt. Cum uero de religione, deq; sacris dissensio est, populus illū consulere pergit. Perutile illud fore ratus est Pōpilius eius

sacerdotij autor, ne ius diuinum negligēdo, patrios ritus peregrinosq; asciscendo, turbaretur, nec caelestes modo ceremonias ducere, sed iusta quoque funebria, placandosque manes eiusdem Pontificis. Apud eum quoque tabula esse dicitur, in qua Solis & Lunæ defectus, quoties lumini caligo sit, & anni mensium fastorumq; ratio perspicitur. Pontifices, ut Varro ait, Q. Mutius Scæuola à posse & facere appellatos esse dicere solebat, sed ea denominatio à M. Varrone haud satis probari uidetur. Nam & à ponte, & à facio Pontifices appellatos ^{Pontifices} putat, eò quod ab his primū pons Sublitijs factus, ac sæpe restitutus esse perhibeatur. ^{unde appel} ^{lati.}

DE FOECIALI SACERDOTE.

CAPVT IX.

Fœcialis sacerdotij nusquàm apud Romanos uetustiore usum fuisse, q̃ Tullo Hostilio Romæ regnante reperi, quem tamen ut ab Hostilio creatum non affirmauerim, ita ne qdem negauerim à Numa Pompilio omnium religiosissimo rege creati potuisse. Vt cunq; id tandem fuerit, de nomine prius, quàm de M. Valerio fœciali, regnante Tullo Hostilio, apud Liuium mentio est. Fœcialis uero partes in eo uersabantur, ut fidei publicæ inter populos præset, neq; iustum aliqd' bellū fore censebatur, nisi id per fœcialem fuisset indictum. Cum uero ^{Fœcialis} ^{munus.} pugnare desitum est, fœdere fides pacis constituebatur,

F E N E S T E L L A

Fæder
 unde appel
 lata.
 † Introdu
 cta aliàs.
 Feriendi
 fœderis ri
 tus.
 que fœdera aliunde fidera appellata ab Ennio, quod fidei faciundæ causa † traducta sunt, M. Varro testis est, fœcialemq; ipsum à fide, & faciendo dictū esse idem existimat. Forma uero feriendi per fœcialem fœderis huiusmodi est, qua nulla (ut Liuius placet) uetustior esse memoratur. Fœcialis, inquit, regem Tullū ita rogauit. Iubes ne me rex cum patre patrato populi Albani fœdus ferire? Iubete rege, sagmina inquit te rex posco. Rex ait, puram tollito, fœcialis ex arce graminis herbam puram attulit, postea regē interrogauit. Rex, facis ne tu me regiū nunciū po. Ro. Quiritiū? Rex respondit, qd' sine fraude mea Po. Ro. Quiritiū ue fiat, facio. Fit ergo tunc fœdus, multisq; id uerbis peragit. Legibus inde recitatis, audi inquit, Iuppiter, audi pater patrato po. Albani, audi popule Albane audi, ut illa palàm prima postrema ue ex illis tabulis cæcæue recitata sunt sine dolo malo, utiq; ea hodie rectissime intellecta sunt, hic illis legibus po. ro. prior non deficiet, si prior defecerit publico consilio, dolo malo, tu illo die Iuppiter ita po. Ro. ferito, ut ego hūc porcū hodie feriā, tantoq; magis ferito, quanto magis potes pollesq;. Vbi id dixit, porcū saxo silice percussit. Eodem modo pars altera per suum sacerdotē, suumq; dictatorem peragit. Cum autem bellum per fœciales indicunt, hoc more utuntur. Fœcialis hastam ferratā, præstam, aut sagmineam ad fines eorum, quibus bellū indicit, defert, nec minus puberibus tribus præsentibus adijci-

sit, quod populi priscorum Latinorū, homines ue prisci Latini aduersus populum Ro. Quiritium fecerunt, deliquerunt, q. po. Ro. bellū cum Latinis priscis fieret. Ob eam rē ego po. q. Ro. populo priscorum Latinorū, hominibusq. Latinis bellū indico, facioq. Vbi dixit, hastā in fines eorū emittit, ex quo bellū iustū esse intelligitur.

DE SACERDOTIO PATRIS PATRATI.

CAPVT X.

PATRIS PATRATI SACERDOTIUM, & si apud Liniū à foeciali haud differe uidetur, aliquāto etiam longe ab fuisse apparet, tamen quod & nomē istius, illiusq. atq. officium non nihil interesse uideatur, utiq. & de utroq. seorsum dicere uisum est. Vt cumq. esset, his descriptionis non certe t. officit immoueri, sed partes plures duntaxat adscripserim. Patris patrati usus eodē tempore, immutatus quo foecialis apud Ro. prodit, nam & inde friēdis à foeciali foederibus, Patris patrati opera autoritasq. exigebatur. Ad patrandum enim, id est, sancientiū iuramentum, ubi de foederibus conuenerant, admitti consueuere. Creauit autem M. Valerius primus foeciales. Sp. Fu- Patris patrati sum, primū patrem patrati eo bello quod Tullus Hostilius cū priscis Latinis gessit, uerbena caput capillosq. cingens. Alias praeterea partes, scilicet repetendi, patri

forma

patrato dedit Ancus Martius, cū morē ab antiquissima
 Equiculorum gente repetēs. Eius rei formula antiquissi-
 ma est huiusmodi. Legatus idemq; pater patratus, ubi
 ad fines eorū uenit, unde res repetunt capite uelato filo,
 lanae uelamen est. Audi Iuppiter inquit, audite fines cu-
 iuscūque sint gentis, numina audiāt fas. Ego sum publi-
 cus uñcius Po. Ro. pie iusteq; legatus uenio, uerbis meis
 fides sit. Peragit deinde postulata, inde Ionē testē facit.
 Si ego iniuste, impieq; illos hoīes illasq; res deder Po.
 Ro. mihiq; exposco, tū patriæ compotē me nunq; sinas
 esse. Hæc, cū fines suprascādit, hæc qcunq; ei primus uir
 obuius fuerit, hæc portā ingrediēs, hæc forū ingressus,
 paucis uerbis carminis, cōcipiēdiq; iurisiurādi mutatis
 pagit. Si nō dedūtur q̄ exposcit, diebus tribus ~~et~~ xxx.
 (tot enim solēnes sunt) paelis, bellū ita indicit. Audi Iup-
 piter, ~~et~~ tu Iuno, ac Quirine, dijq; omnes cælestes, uos
terrestres, uosq; inferni audite. Ego uos testor, populum
 illum (quicūq; est, nominat) iniustum esse, neq; ius persol-
 uere. Sed de istis rebus in patria maiores natu consule-
 mus, quo pacto ius nostrum adipiscamur. Cum his nun-
 ciis Romam ad consulendum redit. Cōfestim rex, dicta-
 tor, consul, siue quis alius senatum habuerit, ex his ser-
 uē patres consulit uerbis. Quarum rerum, litium, cau-
 sarum conduxit pater patratus po. Ro. Quiritium pa-
 tri patrato priscorum Latinorum, hominibusq; pris-
 cis Latinis, quas res nec dederunt, nec fecerunt, nec sol-

uerunt quas res fieri, dari, solui oportuit. Dic (inquit ei, quem primum sententiam rogat) quid censes? Tum ille, puro pioq; duello quærendas cenfeo. Itaq; consensio consi, toq;. Inde alij ordine rogabatur, quãdoq; pars maior eorum qui aderant, in eandem sententiam ibant, bellum erat consensu fieri solitũ, ut scæciales in iactu hastæ, ut dictum est, bellum indicerent.

DE SACRORVM REGE.

CAPVT XI.

Rex sacrorum, qui et sacrificulus dicitur, creari ceptus est Iunio Bruto, et M. Valerio priamis consulibus. Eius creandi occasionem dedit, quod, cum nuper exactis regibus pleraq; sacra à solis regibus obiri consueta, regum exactione uacare uideretur, idq; moleste admodum populus ferret, utpote quod cultui diuino regum exactione uideretur derogatũ, sacerdotem creari placuit, quem, quo minus eidem auctoritatis et inesset, regio nomine decorarũt, sacrorũ regem appellantes. Subiecerunt tamen Pontifici maximo, ne et similis dictioni fuisset suppositus, iam exacti reges, reducti reges esse uiderentur, uel crederentur. Quæ uero huic partes iniunctæ essent nunc temporis minime reperiuntur.

Sacrificulus.

et Dessee alias.

et Ne si nullius ditionis alias.

F E N E S T E L L A
DE SIMVLACRI TRAIE-
ctione matris deorum.

C A P V T X I I .

Ex libris Sibyllinis relatum est.
Ex libris Sibyllinis relatum est.
G Allos quidem Berecynthiae, siue illam deorum
matrē dicere mauis, dedicauit antiquitas, eāq;
religionem ut plerasq; alias, ē Phrygia Romā
reduxit, & eo quidē tempore, quo huiusmodi carnē
ex libris Sibyllinis relatum est. Mater abest, matrē iu-
beo Romane requiras. Cum ueniet casta accipienda ma-
nu. Hoc responsum cum diu torqueret patres (quae enim
mater esset, aut unde petenda, non satis reperire poterāt
Physici) Apollinis oraculum consultū misere, missi hu-
iusmodi responsa attulerunt. Diuūm Apollo inqt ar-
cessite matrem, quam Idæo quidē iugo reperietis. Missi
ergo in Asiam legati, datum negocium ut perquisitū ac
tandem compertū deæ simulacrū Romam reducerent.
Sed cum Attalus rex Asiae, comperti à legatis simulacri
traiectionē negaret, Romanis frustra iam abire paran-
tibus, uocem eisdem & creditam esse deæ ferunt. Ipsa in-
quit peti uolui, Romamq; quod deorū omnium dignū
domiciliū est, deduci. Quo miraculo exterritus Attalus,
Romanis illico simulacri translationem concessit. Ma-
ri ergo transiecto Romam ut traditum est, cum Tyberi-
nanis simulacro onusta uectantur, omni genere homi-

num ex urbe prodeūte cum carminibus, sacrisq; in sicco
 littore adhæsisse ferūt. Et cum omnis multitudo funibus
 iniectis, summo conatu adniteretur, nulla tamē ui auel-
 lereherentem ualuit. Erat autem in turba Romanorū
 Claudia Quinta Vestalis uirgo præstantissimæ formæ,
 cuius exquisito habitu, multisq; pleno illecebris, uiola-
 tæ eius uirginitatis publica suspicio circūferebatur. Pro-
 cubuit ergo puella ad pedes simulacri orās, obtestās-
 deam, sic inquit. Læse uirginitatis me ream criminātur,
 tuum dea testimoniū, uti rem indices, quæso, ut si tuo dā-
 nata testimonio dea fuerim, admissa morte luam, sin hac
 labe purā argueris, tū tu castissima castas manus prose-
 quere obsecro. Vbi hæc dixit, reſte qua alligata erat na-
 uis, manu arrepta, manu puellæ admodum parū conan-
 tis, facile tractum prosecuta est, hoc pacto in urbem. Sci-
 pio Nāsica solus dignus, cuius manibus tangeretur, reci-
 pereturq; simulacrum, iudicatus est. Datum ergo Sci-
 pioni negotium, ut templum deæ magnifice strueret, &
 eius cultui sacerdotes dedicaret, quos more deæ uetusto
 Spadones oportebat non alio pacto ad id sacerdotium
 legandos. Cuius quidem instituti, hoc in causa fuisse com-
 memorant, dilexisse Cybelen puerum quendam Phry-
 gium, dilectōq; hanc conditionem adiecisse, ne castitate
 polluta admitteretur, puerum tamen nympham Sanga-
 ridem deperisse, & cum apud eam sub arbore ei nym-
 phæ dicata, unā quiescerent nocte dormientes, deam ar-

Claudia qu-

ta

*Gallorum
sacerdotū
origo.*

F E N E S T E L L A

Gallorū nomē
 borem cū ipsa nympha trucidauisse, adolescentem metu
 ferē exanimatū, in uicinum montem, cui nomen Didy-
 ma est, confugisse, doloreq; amentem, pudoreq; admissi
 facinoris, membrum quo deliquerat, abscidisse. Hac ra-
 tione facti dea memor, per eiusmodi homines perpetuo si-
 bi ministrari uoluit. Gallorū uero nomē à flumine Phry-
 gie uetusto, quod templo huius deæ uicinum est, tractū
 ferunt, cuius, ut ferunt, fluuialis undæ ea uis est, ut po-
tantes insanire compellantur.

D E D V V M V I R I S S A

crorum.

C A P V T X I I I .

DVūmūiri sacrorum, quanto monumenta uete-
 rum legendo consequi ualui, sacris libris legen-
 dis, carminibusq; Sybille, fatiq; Po. Ro. inter-
 pretandis præerant, ut Apollinis sacrarumq; cæremo-
 niarū Antistites erant, & quoties prodigia magnos ali-
 quos rerū euentus auspiciātia emersissēt, lectisternijs ad-
 puluinaria deorum factis, ut illorum minas auerterent,
 supplicis sacrisq; placabant. Eorum etiam ritu prospice-
 re gestis rebus decernebātur. Huius sacerdotii nullā ante
 mentionem reperi, q̄ tempore quo ædes Castori, per fi-
 lium Posthumi secundi dictatoris, qui tunc diuūmūir,
 dedicata est. Latino enim bello pater ipse dictator uo-

uerat. Caterum cum multo tempore, duo ad hoc ipsum sacerdotium uiri creati essent, ac plebs de suo quoq; corpore creare consules pergeret, neq; ad id ipsum satis uirum esset, obtinuit tandem, ut qui duūmuri in eam diem creati fuissent, decemuii crearentur, quinque ex patribus, totidem ex plebe electis. Quare ex duūmuriis, decemuii appellari coepti sunt.

Decemuii
è duūmuriis.

DE SEPTEMVIRIS

Epulonum.

CAPVT XIIII.

Septemuiratum epulonū, q̄q̄ ut coniectari potest, genus esse sacerdotii praesumitur, propterea quod cum de uacatione Vestalis sacerdotii agitur, filiae Auguris, decemuii sacrorū, Flaminis, Septemuii epulonum sacrorum, ab hoc sacerdotio excusationē merentur, inter sacerdotia hoc ipsum subiungitur. Vt cumq; id fuerit, quoniā nihil quicquam de hac re mediocris etiā fidei autoritatisq; reperi, quod huic ordini officium commissum esset, ausus asserere non sui. Plinius tamen cum esset orationē habiturus, cū quasi propter futuros astutes timeret, dixit. Stabat medio cōsularis, modo septemuir epulonum. Sunt adhuc Romae in Pyramide quadratā incisa haec uerba. Opus absolutum diebus Cxxx. è testam. C. Cornelii. tr. pl. Septemuii epulonum.